insidias. Itaq; ne semp impendenti naufragio subiacerem: ex istis quotidianis & turbulentissimis fluctibus in ꝓxima Senæ urbis statione hanc me recepi: ubi tādiu futur⁹ sum donec aliquis secundior flatus in tutiorē portū aliquē me cōuexerit. Nam ne hic quidē satis tuto me agere posse uideo propter istorū propinquitatē: quibus uitā meā odio eē aīaduerto. Sed hac de re satis. Tu uelim me facias certiorem de omni tuo statu. Vale ex Sena. iij. idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Franciscus Philelfus Alberto Zancario sal.

e T recte quidē tu mi Alberte & peramice facis: qđ de me nūq̄ desinis aliquid cogitare & agere: quod honorificū mihi & fructuosum sit. Conditio: quam mihi ꝓponis nomine tuæ florentissimæ reipublicæ: talis est: ut ea non modo nō improbem: sed & probē potius & laudem. Cæterū breui respondebo tibi. Vale ex Sena pridie idus Apriles. N.cccc.xxxvi.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

s Ilentium tuū tam diuturnū tanq; inusitatū suspicionē mihi affert: nescio quā. Itaq; si tibi bn̄ est (ut & opto & uolo) scribe ad me q̄primū: quo tecū una gaudea. Sin secus ē (id qđ minime omniū uelim) scribe etiam mihi quo tibi cōsilio saltem prodesse possim. Vale ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Francis. Philelfus Ioanni francisco gallinæ sal.

c Vm superioribus dieb⁹ splēdidissimus eques aurat⁹ Petrus Michael Senensiū legatus istinc Senam reuertisset: Barnabas human⁹ ac modestus iuuenis (qui cum illo Mediolanū petierat) mihi uerbis tuis renūciauit: bono ut essem aīo ac fiducia. Fore enī ut ad paucissimos usq; dies tua & humanitate & opera: qđ maxime semp cōcupieram atq; exoptarā: tādē assequerer. Pergratū enī eē desideriū studiumq; meū magnanimo isti inuictissimoq; principi. Fuit profecto mihi huiusmodi nunci⁹ iucundissimus. Expectaui igit̄ cōplusculos dies: rursusq; expectarē: si uel per inimicorum florentinorumq; insidias: uel per calamitates temporum liceret. Sed uides tu: quāta arte quibusq;

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0054
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG